25. Jubentur formari arca, *Exod. 37.* propitiatorium, menſa, candelabra *Exod. 37. Act. 7.*

26. De formâ tabernaculi extruendi. De velo, & ſitu cujuslibet, *Exod. 36.*

27. De formâ altaris, atrii, tentorii, & de oleo, quo ardeat lucerna, *Exod. 38.*

28. De ſacerdotali ornatu Aaronis & filiorum ejus, *Exod. 39. Syr. 45.*

29. De modo conſecrandi Aaronem, filios ejus *Levit. 8.* & altare, *Num. 28.*

30. De altari thymiamatis *Exod. 27.* ejus formâ & incenſi confectione, *Levit. 16.*

31. Deus elegit artifices, *Exod. 35. 39.* præcipit Sabbathum, *Exod. 20.* datq; Moſi duas tabulas.

32. Populus vitulum aureum adorat, *Deut. 9. Act. 7. Pſal. 106.* Moſes iratus tabulas frangit, tria millia cadunt. Moſes vult è libro deleri, aut populum Deo placari.

33. Populus luget peccatum, Deus ad oſtium tabernaculi loquitur cum Moſe, *Num. 21.* qui faciem Dei videre optans jubetur ſtare in petrâ, *Rom. 9.*

34. Moſes reparatis tabulis *Deut. 10.* poſt quadraginta dies redit, & faciem velat, *2. Cor. 3.*

35. Præcipitur Sabbathum *Exod. 20.* contribuunt ad opus tabernaculi. Inquiruntur artifices.

36. Tabernaculum cum cortinis, ſagis, opertorio, velo, tentorio paratur, *Exod. 26.*

37. Formantur arca, *Exod 25.* menſa, candelabrum & altare thymiamatis, *Exod. 30.*

38. Altare holocauſti *2. Paral. 1.* cum labio æneo &c. formatur. Donaria ſupputantur.

39. Pa-

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id429631855/14 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG